



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

8. Episcopus valens ex priuilegio punire subditos alienos, non potest
punire Clericos alienos reos criminum, etiam atrocium, nisi ex proprij
clericorum Episcopi, aut personæ ab eo deputandæ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

- benef. part. 7. c. 11. num. 44. in 2. declar. Armendar. in addit. ad recip. legum Nauarr. lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregular. num. 8. infine. Ego ipse d. alleg. 39. num. 49.
4. Vnde is, qui mandauit aliquem baculo verberari eo expresso ne occideretur, si mandatarius armis percusserit, & occideret, non intelligitur incidisse in hoc decreto, adeo, ut omni Ordine, atque beneficio, & officio Ecclesiastico ab illo spe dispensationis perpetuo carere debeat, vt referunt decimus Campan. in divers. iuris canon. rub. 11. c. 23. ante num. 145. Armendar. d. loco. num. 8.
5. Canonicos ureconsultos non posse substituti a Gubernatore ciuitatis in ipsis locum in eius absentia, Sel. d. c. 18. num. 9. vbi testatur ita fuisse resolutum in una Alatrigia 16. Martij 1630.
6. Sed omni Ordine.] Etiam minori, vt interpretantur Cou. in Clem. si furiosus part. 2. §. 3. num. 5. in fine, Henr. in summ. lib. 14. cap. 19. §. 1. littera D. Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 40. num. 2. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 39. num. 60. vbi etiam quod nec in suscipiis ministrare potest.
7. Ac beneficis.] Non extendi ad pensiones, referunt decimus Nicol. Garc. de benef. part. 1. cap. 5. num. 136. Armendar. d. lib. 7. de irregular. num. 5.
8. Episcopum dispensare non posse in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifesto, neque ad Ordines minores, neque etiam ad beneficium simplex obtinendum, resoluunt Nauarr. in man. cap. 27. num. 194. vers. seprimo. & num. 240. vers. quartu. & consil. 17. in antiqu. alias 13. in nouis, de homicid. Sayr. in floribus decif. sub eod. tit. decif. 39. Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 48. in fine, Salzed. ad Bernard. in praxi. cap. 97. littera A. vers. hodie autem, in fine. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19. p. 3. §. 5. Petri. de Aragon in 2.2. q. 64. art. 8. in fine. Toret. in instruct. Sacerd. lib. 1. c. 31. Henr. licet dubius, d. c. 19. §. 1. litt. D. & lib. 13. c. 57. §. 1. Sayr. de censur. lib. 6. c. 7. num. 14. & 15. Farin. in praxi crimin. part. 5. quæst. 119. tit. 14. num. 62. Ego ipse d. alleg. 39. num. 59. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prelat. tom. 2. quæst. 8. art. 9. Villalob. in summ. part. 1. tract. 21. disp. 28. num. 10. Hieron. Roderic. in compendio quæst. regul. resol. 52. num. 24.
9. Perpetuo careat.] Haec verba non operari omnimodam impossibilitatem, sed difficultatem præmaximam, tenet Campan. d. cap. 23. num. 128. quem refero ego ipse d. alleg. 39. num. 63.
10. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, &c.] In irregularitatibus prouenientibus ex homicidio casuali posse Episcopum dispensare ad Ordines minores, & beneficium simplex obtinendum ad factos Ordines, si homicidium casuale sit occultum, resoluunt Nauarr. d. cap. 27. num. 40. vers. quando Henr. in lib. 14. cap. 19. §. 2. littera X. Zerot. in praxi Episcop. §. 2. verb. dispensatio. Egid. de Coninc K de Sacrament. tom. 2. disp. 18. num. 111. vers. potest. Hieron. Roder. d. resol. 52. num. 23. Bonac. de censur. disp. 7. quæst. 4. p. 30. vli. num. 41. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico. tract. 3. quæst. 69. in fine part. 1.
11. Vnde Episcopum dispensare posse cum illo, qui ali-
- quem hominem occidit, non intendens occidere, cum huicmodi homicidium casuale dicatur, post Nauarr. & Henr. resoluunt Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decif. 521. in 1. edit. alia resolut. 448. num. 2. & 3. in 2. edit. Bonacina d. disp. 7. quæst. 4. p. 30. vli. num. 7. Ego ipse d. alleg. 39. num. 50.
- Ex homicidio merè casuali cum nulla penitus fuerat 12. admissa culpa, & in quo non dabatur opera rei illicitæ, nullam oriri irregularitatem, refert decimus Armendar. d. 1.7. de irregular. num. 3.
- Mandante committi homicidium in personâ unius 13. si committatur in personam alterius, non dici incidisse in irregularitatem, que contrahitur ex homicidio voluntario, attestantur resolutum Armendar. d. 1.7. de irregular. num. 4. Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 412. Campan. d. cap. 23. num. 84. Ego ipse d. alleg. 39. num. 52.
- An is, qui omni diligenter, vt praecaueret, adhibita, dum operam rei licita daret, solo casu fortuito homicidium commisit, irregularitatē incurrit, adeo ut Ordines suscipere, & beneficia obtainere ab illo dispensatio non valeat, stante hoc decreto? Non incidit resolutum decimus Armendar. d. 1.7. de irregular. num. 6. Nicol. Garc. de benef. p. 7. cap. 11. num. 53. in 1. declar.
- Vel vim vi repellendo. &c.] Circa intellectum horum 15. verborum insundit Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 2. nu. 10. vers. 20. & lib. 5. cap. 48. num. 10. & 11. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. quæst. 54 num. 3. Aul. de censur. part. 7. dispu. 5. sect. 3. dub. 1. vers. loquenda de iure novo. Soar. in similē tract. dispu. 4. sect. 1. num. 3. Jacob. de Graff. in aureis de cef. part. 1. lib. 2. cap. 65. num. 13. Aloys. Ricc. in collect. decif. part. 4. coll. 930. Petr. de Ledefra. in summ. part. 2. tract. 8. de iustit. communiativa cap. 18. conclus. 1. 4. dispu. 1. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 3. cap. 9. num. 29. Sayr. de censur. lib. 7. c. 7. num. 22. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 2. num. 112. Coninc K de Sacrament. tom. 2. disp. 18. num. 73. late Cened. præf. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 24. num. 13. cum seq. Campan. in divers. iuris Canon. rub. 11. cap. 23. num. 51. Bonac. d. disp. 7. quæst. 4. p. 30. 6. num. 3. cum seqg. Farin. fragment. crimin. part. 2. littera I. num. 475. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericalis §. 5. num. 109. cuvi seq. Ego ipse d. alleg. 39. num. 54. Hieron. Roder. in compend. quæst. regul. resol. 15. num. 73.
- Habere etiam locum cum agitur de repellenda vi illata patri, dicit resolut. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 11. n. 53.
- Loci Ordinario.] An etiam Capitulo Sede vacante vide Ludouic. Beian. respons. casuum conscient. part. 4. cap. 37. vers. tandem nullus. Campan. d. c. 23. num. 146. Henr. d. lib. 14. cap. 20. §. 1. in fine. Doctores, quos plena manu refero d. alleg. 39. num. 16. vbi nu. 1. de Abbatibus, & alijs Prelatis inferioribus habentibus iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, & nu. 18. de Superioribus Religionum, & num. 19. de Archiepiscopo in actu visitationis.
- Qui non nisi causa cognita, &c.] Hanc causam cognitionem posse fieri Ab Ordinario sine Ordine & figura iudicii, & testibus non receptis in forma iudicij, nec iurantibus, multis firmat Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 8. à num. 4.

Episcopus valens ex priuilegio punire subditos alienos, non potest punire clericos alienos reos
criminum etiam atrocium, nisi ex proprij clericorum Episcopi, aut persone
ab eo deputandæ interuentu.

C A P V T VIII.

1. In quibus loquatur.

2. Episcopus loci delicti condemnat clericum delinquentem si ibidem inueniatur.

3. Episcopus loci vbi fuit commissum delictum, potest in prima instantia de illo cognoscere quamvis non sit Ordinarius domicilij delinquentis.

^a Suprà c. 2.
^b & c. 6. c.
^c vlt.
^d Concl. Ma-
guntien. sub
Arnulpho
Imper.
c. 14. & 15.

P Ræterea, ^a quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri sunt Pastores, ac proprias oves habent, alienis etiam ouibus præfere querunt, & ita alienis subditis quandoque intendunt, vt suorum curam negligant, quicumque, etiam Episcopali prædictus dignitate, qui alienos subditos puniendi priuilegium habuerit, contra Clericos ^b sibi non subditos, præsertim in sacris constitutos, quorumcunque etiam atrocium criminum reos, nisi cum proprij ipsorum Clericorum Episcopi, si apud Ecclesiam resederit,

aut

Sessio XIV. de Reformat. Cap. IX. & X. 107

ant personæ ab ipso Episcopo deputandæ interuentu, nequaquam procedere debeat, alias processus, & inde secuta quæcumque viribus omnino careant.

1. **L** Oqui de ijs, qui virtute priuilegij animaduertere volunt in non subditos, assertit Aldan. in compendio Canonie, resolut. lib. 5. tit. 10. num. 8.
 2. Episcopus enim loci delicti institutus iuri communis de quo in cap. postulatis, & in cap. vti. de foro comp. quibus iuribus probatur Episcopum loci delicti condemnare clericum delinquentem, quod videur in eligi, si ibidem talis clericus de linquens inueniatur, Burt. in d. cap. vti. num. 6. & ibi Felic. num. 8. in fine, Grammat. consil. 27. num. 56. cum seq. Menoch. consil. 2. num. 130. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 16. num. 12. Vei nisi de more remittatur Clement. pastoralis, §. verum, de re indic. vbi Imol. num. 64. & Card.
- num. 12. vers. denique, D. Barbosa in l. heres absens, §. proinde, in art. de foro delicti num. 5. vbi num. 134. subdit quod inter Ecclesiasticos fit etiam remissio,
- Potest enim ratione delicti Episcopus loci, vbi sicut commisum, cognoscere in prima instantia, quamvis non sit Ordinarius domicili delinquentis, vt refert decimum Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 1. num. 75. quia Concil. infra sess. 24. de reformat. cap. 20. non sustinet modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione fortetur forum, vt ostendi de officio, & potest, Episcopi part. 3. alleg. 81. num. 14.

Beneficia unius diœcesis nullo praetextu vniuantur beneficijs alterius diœcesis.

C A P V T I X.

1. *Doctores referuntur de materia huius cap. agentes.*

2. *Præstimonia an sint beneficia Ecclesiastica.*

ET quia ^a iure optimo distinctor furentur diœceses, & parochias, ac vnicuique gregi proprij attributi Pastores, & inferiorum Ecclesiæ Rectores, qui suorum quisque ouium curam habeant, ut ordo Ecclesiasticus non confundatur, aut vna & eadem Ecclesia duarum modo diœcsum fiat, non sine graui eorum incommodo, qui illi subditi fuerint, beneficia unius diœcesis, etiam si parochiales Ecclesiæ, Vicaria perpetua, aut simplicia beneficia, ^a seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, etiam ratione agendi cultum diuinum, aut numerum beneficiorum, aut alia quacunque de causa, alterius diœcesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pio perpetuo non vniuantur, decretum huius sancte Synodi super huiusmodi vniōnibus in hoc declarando.

1. **V** Ide Paul. Fusc. de Visitat. lib. 2. c. 26. nu. 24. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. vniōn. §. 3. Nicol. Garc. debon. part. 12. cap. 2. num. 85. Valer. Reginald. in praxi fori panient. lib. 30. tract. 3. num. 302. Aloys. Ricc. in praxi renum fori Eccles. decis. 492. in 1. edit. alias resol. 383. num. 5. lib. 5. in 2. edit. Hieron. Roderic. in compendio quest. regu-
- lar. resolut. 15. num. 33. Sanch. in precepta Decalogi to n. 2. lib. 7. cap. 29. num. 180. tertiipsum de officio, & potest, Episcopi p. 3. alleg. 66. num. 9.
- ^a Seu præstimonia] An sint beneficia Ecclesiastica, late disputati in tract. de tute Ecclesiast. lib. 2. c. 8. & ibi citatis ad do Suar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia cap. 25. num. 2.

A Diony-
6. . Par. 5.
Vide . Con-
stantin. con-
mis. cap. be-
neficiis 13.
Qd. episcopo
13. de his
qua sunt a
pia. & infra
leff. 24. de
reformat. 13.
in fi. & c. 17.
b. Supra leff.
7 c. 6. & 7. &
infra leff. 24.
de reforma-
t. 13 & 15.

Beneficia Regularia conferantur non nisi Regularibus actu, aut qui esse debeant.

C A P V T X.

1. *Doctores referuntur de materia cap. agentes.*

2. *Beneficia S. Ioannis Hierosolymit. comprehenduntur sub hoc decreto.*

3. *Regulares etiam Canonici sunt incapaces beneficij simplicis.*

4. *Milites Regulares S. Iacobi, & alijs similes sunt capaces beneficiorum secularium.*

5. *Equites Capellani Religionis S. Stephani presentari possunt ad Ecclesiæ seculariæ.*

6. *Canonicus sancti Georgij in Alga potest admitti per Datariam ad parochialem Ecclesiam sibi resignatam.*

7. *Beneficia regularia qua?*

8. *Religiosus unius Religionis non est capax beneficij alterius Religionis.*

9. *Religiosus non est capax beneficij alterius monasterij eiusdem Ordinis.*

10. *Beneficium regulare administrationem non habens dari potest his, qui habitum nōdum suscepere, modò illū suscipere, & professionem emittere teneantur.*

11. *Beneficia administrationem habentia dari possunt his solū qui professionem prius emiserint,*

12. *Beneficia regularia secularibus, & è conuerso in subsidium dari possunt.*

13. *Beneficia regularia quando dicantur dari in subsidium secularibus, & è contra.*

^a Cap. cum de beneficio de prebend. in 6. & infra leff. vit. c. 23. circa mediū de reg. & mon. Deut. 22. c. cum cau- san. elect. &c. quidem de Apo. infit.

1. **R** Egularia ^a beneficia, in titulum Regularibus professis prouideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, ^b religiosis tantum illius Ordinis, ^c vel ijs, qui habitum, omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non alijs, ne vestem lino, lanaque contextam induant, conferantur.
 2. **V** Ide Nauarr. consil. 9. de prabend. in antiqu. alias consil. 11. de statu monach. in nonis, Sayr. in floribus decis. sub illo tit. de prabend. decis. 3. Flamin. Paris. de resignat. benefic.
- lib. 4. quest. 5. num. 2. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 34. art. 3. Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. beneficia. §. 5. Seraphim. decis. 1165. & 1205. Mantic. decis. 68. nu. 5. Azor. infit.